



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

XII. H. Graf von Luchow berichtet dem Bischof von Verden, daß die Schenkung von Gütern in Lidern und Wendisch Ordorf Seitens seines Bruders Ulrich an das Kloster Diesdorf mit seiner Zustimmung ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

XII. H. Graf von Luchow berichtet dem Bischof von Verden, daß die Schenkung von Gütern in Lidern und Wendisch Ordorf Seitens seines Bruders Ulrich an das Kloster Diesdorf mit seiner Zustimmung geschehen sei (1250).

Reuerendo patri ac domino suo J. verdenſi Epifcopo H. Comes de Luchowe paratum obſequium et fidele. Ordinationem, quam frater meus Comes Olricus fecit de bonis et proprietate noſtra in Lidere et wenediſchen ordorp, conferens ea eccleſie in diſtorp, ratam habeo ipſaque de conuiuentia et uoluntate mea proceſſit. Vt autem predicta collatio firma perſiſtat eccleſie, peto eam auctoritate ueſtra ſtabiliri.

XIII. Das Kloſter Hamerſleben verkauft dem Kloſter Diesdorf das Dorf Klein-Bergmoor, halb Warendorf, zwei Hüfen zu Bodenſtedt und eine Huſe zu Amendorf, 1254.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatiſ. Reinoldus, dei gracia prepoſitus in hamerſleue totuſque (conuentus) eiuſdem eccleſie omnibus in perpetuum. Cum uarii ſint rerum euentus etc. — — Notum igitur eſſe cupimus tam preſentibus quam futuris pagine preſentis inſpectoribus, quod eccleſia noſtra uendit eccleſie in diſtorp uillam que uocatur minus berckmere et medietatem uille uarendorp et duos manſos bodenſtede et unum manſum annendorp pro centum marcis communis argenti, eo iure, quo eaſ uſque ad preſens poſſedimus, eccleſie ſupradicte ammodo poſſidendas. Exiſtentibus officiariis eccleſie noſtre domino Johanne, priore Bernardo hoſpitalario, Alberto cellerario, Liudolfo cuſtode. Teſtes huius rei ſunt Dominus Liudolfus prepoſitus montis ſancte Marie apud helmenſtat et de ottenleue, Dominus Teodericus bromes, Gunterus, Conradus, Ericus-de hamerſleue, Conradus, vlricus Bertoldus de offendorp, milites, Teodericus aduocatus (in) varſvelde dictus
.. (a)lii quam plures. Vnde ne etc. Anno dominice Incarnationis (M^o.) CC. L. III^o.

Das Original iſt ſehr beſchädigt, namentlich gegen das Ende.

XIV. Conrad von Dorſtadt tritt dem Kloſter Diesdorf alle ſeine Rechte an Haſelhorſt ab, im Jahre 1258.

Conradus, dictus de dorſtat, omnibus in perpetuum. Notum eſſe volumus, quod ad conſenſum heredum noſtrorum contulimus eccleſie diſtorp mediantibus XX marcis communis ar-